Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 133

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 316.

Cod. CXXXIII.

Chartac: Fol: Saec: 15. — A 6.15.

1.

Tractatus de Sacramentis, 4uor Noviss: 1a-141a

Tractatus theologico-scholasticus de Sa-cramentis, et aliis cum eisdem nexum ha-bentibus. Initium est: "Status hominis duplex est". Videtur totum ex opere fusiori ad privatum usum compilatum; prae-ter antiquiores adducuntur etiam testes S. Thomas Aquin: et Scotus.

2.

Nicol: Dinckelspühel Tract: de dilectione Dei & proximi. 143a-168b

Nicolai Dinckelspühelii Tractatus de dilectione Dei, et proximi. Incipit: "Scri-bitur Math: 22 Quod cum quidam legis doctor." Idem opus extat in Cod: XCVI. n: 2. ubi vide.

3.

Ejusdem Tractat: de tribus partibus poenitent: 168b-194b

Ejusdem Tractatus de tribus partibus poe-nitentiae. Incipit: "Ecce nunc accepta-bile tempus etc. Duo sunt tempora homi-nis." De hoc opusculo agit Kropff: in Bibl: Mell: p: 171. Vide codic: XXXIX. n: 5.

4.

Henrici de Hassia Secreta Sacerdotum &. 204a-208a

Henrici de Hassia Sacerdotum Secreta circa Missam. Titulus est: "Secreta Sacer-dotum Magistri heinrici de hassia quae sibi placent, et displicent in missa. Incipit: "Sa-cerdotes plures circa officium missae aliter

" procederent si aliter didicissent!" Diver„sum est hoc initium ab illo quod in medio adfert Fabric: Bibl: m: & i: lat: T.3. p: 217. De authore vide Cod: XLIX. n: 2.

5.

Sermones VI in Epistolas. " 208b–214b

Sermones sex in Epistolas. Primus incipit: "Fratres Scientes quia hora est etc. hec lec„tio scribitur ad Ro. 13º." Ultimus est mu„tilus.

6

Guilielmi Pariſiens: Dialogus de Sacramentis. " 216b–269b

Guilielmi Pariſienſis Dialogus de Sacramen„tis. Prologus incipit: "Quoniam me ſepius ro„gasti petre." Est dialogus Petrum inter et Gilonem /: vel ut alii Codd: mss: Gitonem/ de iis, quæ circa sacramenta parocho sunt scitu necessaria. Extat inter opera Guiliel„mi Arverni Parisienſis Episcopi aº 1228 mor„tui, cui a nonnullis perperam adscriptum est.

Guilielmus Pariſienſis seu de Pariſiis Ord: Prædicat: Philippi pulchri Regis Franciæ Confeſſarius floruit circa annum 1306. Vi„de Quetif Script: Ord: Præd: T: 1. p: 518.

2)

Tractatus de arte moriendi. " 270a–279b

Jac. Fuſignan.

Tractatus de arte moriendi. Incipit: "Cum de preſentis exilii miſeria." Opus quidem ſatis notum, ſed incerti authoris. Differt ab editioni-bus quas Bibliotheca noſtra poſſidet. Vide An-tiquitat: Bibl: Seitenſt: p: 1 & 62. Weislinger in Armament: p. 241 dicit Jacobum Fuſignam Ord: Prædic: conſcripsiſſe librum de arte mori-endi, an noſtrum nescio; cæterum de hoc Fuſignamo nulla apud eruditos occurrit mentio.

Cod. CXXXIV.

A 6.16

Chartac: Fol: Sec: 15.

1.

Petri Lombardi Lib: III & IV Sen-tentiarum. " 2a–84a

(a) Vide Cod: CXXXI.

Petri Lombardi Liber III, et IV Sententia-rum quorum primus incipit: "Hic enim ordo rationis poſtulat"; hunc ſequitur elenchus capitum utriusque libri, quam excipit prologus in librum quartum ſub hoc initio: "Si quis veſtrum indiget ſapien-tia." Illud notatu dignum præfationem Petri Comeſtoris (a) in ſuam hiſtoriam ſcho-lasticam hic præfigi libro tertio Sententi-arum, inepte ſatis, cum librarius Petrum Comeſtorem confuderit cum Petro Lombardo. Cæterum multæ lineis interjectæ ſunt no-tationes.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 133

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27472

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)